los, regularissimas omnis generis figuras describturum se prædicat, is profectò magnum aliquid promiserit. Sed qui regulâ, qui circino, qui normâ adhibitis idem præstare profiteatur, ille, opinor, non admodum jactator erit. Ita si ab ingenio acri, á repentino cogitationum ardore hæc sperem, inducetur præstantiæ comparatio. Nunc contractis in arctum spatiis, septis itineribus, continuò etiam nexorum sibi Soritarum filo vestigia regentes, quid mirum est, etiam in labyrintho, etiam à cæco non vacillari? Id verò filum mihi ipsa demonstrandi forma est, perpetuâ rationum catenâ constans & implicantibus sese propositionum annulis innexa. Ausim dicere, â me primò sic scribi. ~~Nam nec~~ Geometræ ~~eum~~ facile in demonstrando rigorem tenent, materiæ evidentiâ sermonis hiatum supplente. At in civilibus, tam variè contortis, nemo, nisi â summa severitate ratiocinationis, certitudi-